

**D**omine deus tu exaudiebas  
eos in necessitatibus eorum et in iustis petitionibus  
tu propitius fuisti eis condonando  
eis peccata et ulciscens etiam aliquando pec-  
cata ex eorum arbitrio inuenta.

**E**xemplo ergo moysi et aaron et aliorum anti-  
quorum sanctorum patrum qui domino seruerunt. Nos exal-  
tate dominum deum nostrum laudibus extol-  
ledo et adorare in ecclesia sancto loco eius.  
extra quem non est locus orationis quoniam sanctus  
est dominus deus noster.

**Psalmus. XCIX.** in quo monet  
deus alacriter laudare et peccata nostra  
humiliter plangere.

**I**ubilate deo id est.  
ineffabili quadam leticia laudate  
omnes inhabitantes terram.  
et seruite domino et hoc non coacti vel  
cum aliqua tristitia. sed cum leticia cor-  
dis. non enim placent deo seruitia coacta.  
unde sequitur.

**I**ntroite. id est. facite opera digna in conspe-  
ctu dei in exultatione.

**H**oc dico quoniam. Scitote quoniam  
dominus ipse est deus ipse fecit nos non  
ipsi nos omne enim bonum nostrum ex ipso est  
non ex nobis.

**N**os autem populus eius sumus et  
ipererit et oves pascue eius quas ipse pas-  
tor reficit spiritalibus bonis et etiam cibo  
corporis et sanguinis sui et diuino partu  
scripturae.

**I**ntroite confidenter portas misericordie  
eius sed a confessione incipite ad misericor-  
diam intrare. et cum intraueritis in atria  
eius. id est. in amplitudinem celestis beatitudi-  
nis laudate eum qualem gloriam vobis  
preparauit.

**L**audate dico nomen eius et nolite de-  
ficere quoniam dulcis est dominus quem  
laudatis et cito placabilis peccatis vestris in  
eternum misericordia eius est duratura. parat  
enim semper est indulgere peccatoribus ve-  
ritas promissionum eius semper con-  
plebitur.

**Psalmus. C.** in quo monet bona  
appetere et mala renuere.

**M**isericordiam  
quam modo paratus es facere peni-  
tentibus cantabo tibi domine  
et laudabo te deus ut nullus desperet de sua  
salute et iudicium cantabo tibi pater. quod fa-  
cturus es in malo placentibus ut nullus de misericordia  
dei presumat ad impunitatem.

**E**t propter hoc psallam. id est. in hilaritate be-  
ne operabor et intelligam quando ve-  
nies ad me ut in me habites vel ut de pre-  
senti seculo nequam me suscipias ad tuam glo-  
riam. in hoc seculo quando immaculate per  
bona opera incedo

**Q**uia autem immaculata est perambula-  
bam in innocentia in omnibus operibus meis  
in innocentia cordis mei non tantum absti-  
nui manus meas ne nocerem primo. sed etiam  
voluntatem. talis innocentia totum bonum perfectio  
est. unde nihil sic placet deo sicut simplicitas et  
innocentia in medio domus mee. id est. cordis  
mei in qua quiete habito.

**P**ropheta exponens partes innocentie  
quarum prima est nihil commune habere cum ma-  
lis ait. Non proponebam ante oculos  
meos interiores aliquam rem iniustam  
ut diligerem eam aut mihi placeret illam fa-  
cere. imo transgressores diuine legis  
odiu. id est. a te recedentes dignos odio  
iudicauit.

**N**on adhesit mihi prauum cor.  
totum non informatum diuine voluntati mali-  
gnum declinantem a me catholice viuente  
quenti cuius esset mihi proximus. quantum  
cuius esset mihi superior dignitate constitutus  
si puerterat leuitas rectas non approba-  
ui illum.

**R**etrahentem secreta siue in absentia  
proximo suo hunc persequere ad puni-  
endum spe correctionis non consensu mali-  
gnitatis.

**S**uperbi et auari consortia studio-  
sissime declinabam quoniam non pa-  
scebar nec delectabar in societate  
eorum. sed

**O**culi mei ad fideles terre. u. sic de:  
testabar iniquos ita me fidelibus delectabat  
sorum ambulans in via immacu:  
lata hic mihi ministrabat boni solus  
delectabar obsequijs q̄ erant ab oī errore ⁊  
p̄auitate separati

**N**on habitabit in medio domus  
mee qui facit superbiam. i. ferre n̄ pos  
sum ut in cōmunionem mee habitationis  
reciperem eum quē sup̄ alios tumor men  
tis erexerat qui loquitur iniqua nō fu  
it acceptus in conspectu oculorum  
meorū et ideo hos longe a consorcio meo  
submouebam.

**A**or cūstī de sine malorum.  
In matutino. i. in futuro iudicio q̄n̄ ve  
ra lux incipiet oīri bonis interficiā om  
nes qui habitant terram moriētes i:  
penitentes. et disperdam de societate  
sanctorū omnes operantes iniqui  
tatem p̄manentes in voluntate peccādi.  
et mittam eos in ignem eternū.

**Psalmus. C. I. in quo monet om  
nes aduertere suā miserā et petere  
a deo misericordiam.**

**Ex persona penitentis.**

**D**omine exaudi  
orationē meā ⁊ clamor  
meus q̄a de toto corde p̄fert  
acceptus sit coram te.

**N**e auertas faciem tuā a me peni  
tente. despiciendo penitentiā meā in qua  
cūq̄ die tribulor inclina mihi hu  
mili aurem clementie tue.

**I**n quacūq̄ die inuocauero te n̄  
differas exaudire me.

**O**pus est domine ut exaudias. Quia  
defecerunt sicut fumus qui cito et ci  
to disparet dies mei quia nihil vere utili  
tatis attulerunt. Item propter hoc opus ē  
quia anime mee vires ab omī humo  
re deuotionis desiccate tanquā cremiū  
aruerunt.

**P**ercussus sum a malo falciatore sc̄z  
dyabolo ut fenum. quod ad arbores lo

lis tuo siccatur aruit cor meū sterilita  
te peccati quia oblitus sum me refice  
re contemplatione dei mei qui vite  
panis est.

**P**ropter nimium gemitum meū  
et afflictionem quam sumpsi pro peccatis  
meis ita exiccat⁹ suz q̄ os meū cuti mee  
adhesit.

**D**eccata mea considerans et dolens fu  
gi aspectū hominū. Similis fact⁹ sum  
solitario sicut pellicanus amator so  
litudinis. et factus sum quasi nicti  
corax inter parietes abscondit⁹ nō  
ausus comparere.

**V**igilauī nō potens dormire p̄ anxie  
tate animi et fact⁹ sum sicut passer so  
larius tota die.

**B**olentem me sic de peccatis meis ⁊ pe  
nitentē Irudebant mihi tota die bo  
mines mudant inimici saluus mee dicē  
tes q̄d tantū te maceras. peccā tua non sunt  
ita magna ut sic te debeas affligere et lau  
dantes me derisorie aduersū me cō  
spirabant detrahendo mihi.

**S**ed q̄ exprobrarent mihi inimici mei  
non curabam. Quia cinerem ipsam sc̄z  
humilitatem. deiectionem et irrisionē tan  
quā panē suauem manducabā refi  
ciebar a deo q̄ poculū meū. i. desiderium  
celestis patrie pro dilectione ei⁹ cū lacrimis  
miscebam

**V**ic autem fleus inde mihi. Quia cō  
sideraui iram indignatōis tue quā  
merui actualiter peccando. et timui valde  
quia eleuans in honorem faciendo me  
ad imaginem tuam qua omnia animalia  
superam⁹ grauius allisī i me nihil enī  
habet hanc peccati miseriam et gebenne ti  
morem nisi homo.

**D**ies mei sicut umbra cui⁹ sūma fe  
ritate. euauerūt. et ego quasi fenū  
pre feruore doloris defeci.

**N**on sic dies mei tui. Tu autē domine  
in eternū permanes. et memoriale  
q̄ memores enī in generatōe p̄ni et per  
generationē futurā. q̄ p̄missionē habē⁹  
vite que nūc est et future.